

S. Ambros.

scribit ad Ephes. 1. 3. vide ad hanc Genesis verba, nostros Pererium, Cornelium, Del Rio, Benedictum Ferdinandum, Bonferium, Tiri-num. Opportunè hic S. Ambrosius lib. 1. de Abraham c. 8. Ob hoc quoque Abraham promeruit Deum: nempe ex semine Abrahamæ nasciturum humana natiuitate. Lege nostrum Vazquez in 3. p. Tom. 1. disp. 23. cap. 5. ubi sapienter probat, antiquos Patres meruisse circumstantias aliquas Dominicæ Incarnationis, inter quas enumerat circumstantiam spiritus, ut quod oriundus esset Christus ex semine Abrahami, Isaaci, Jacobi, & Davidis.

SECTIO II.

De sanctissimis, & prælustribus Christi Dei progenitoribus ex Abrahamitica Gente, ad illud: Et in electis meis mitte radices.

1257 **R**ecognosco in præactis verbis antiquos sanctitatis, & nobilitate prælustres corporati Dei Progenitores, in quibus Incarnata Sapientia radices egisse dicitur, juxta seriem ipsorum deductam per Evangelicam Matthæum c. 1. 1. ab uno Abrahamo usque ad Virginem, à qua tandem Christus prodit: est enim frequens in sacris litteris, primos generis auctores radices appellari, & Parentes dici filiorum radices, sumpta metaphora ab arboris radice, unde fructus manant.

Parentes sunt filiorum radices.

Isai. 27. 7.

Ezec. 16. 3.

Isai. 11. 1.

Quatuor capita, ex quibus nobilitas petitur.

Ab antiquo illustri virorum serie numerata.

Isai. 27. 7. Qui ingrediuntur impetu ad Jacob. Hieronymus ex Hebræo legit: Qui egrediuntur de radice Jacob. ut ostendat, filios Jacob à parente, tanquam à radice vehementer crescere, & pullulare. Ezechi. 16. 3. Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Id est, origo tua, sive progenitorum ex terra Chanaan, in qua habitavit Abrahamus; natiue sunt ei filius Isaac, & nepos Jacob duodecim Patriarcharum pater, ex quibus veluti è radice proditisti. Sic etiam Isai. c. 11. 1. præfaga mente de Matre Virgine, hujusque Filio gloriose vaticinans, ait: Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Regiam Davidis familiam radicem appellat, à qua corporatum Verbum, & ejus Parens Maria. Univerfos autem Christi Progenitores electos vocat noster Siracides, quod consultissima eos divinæ providentiæ electio ad tantum evexerit dignitatis fastigium, ad tantam virtutem, tantamque nobilitatem, dignos sic reddens operis sui ministros. Hanc igitur Progenitorum Christi nobilitatem, quasi pietatis appendicem, & religionis sequelam expendere & illustrare nititur, & ex illa Christi, quæ homo est, gloriam.

1258 Etenim quatuor capita sunt, ex quibus nobilitas petitur. Primum, genus antiqua illustrium avorum serie numerorum. Secundum, religiosa in Deum pietas. Tertium, sapientia cum universa bonarum artium disciplina. Quartum, militaris virtus, multo facinorum splendore insignis. Ad quæ nobilitatis præcipua capita facile fuerit cætera referre, quibus integra, perfectaque nobilitas, veluti propriis numeris absolvitur. De his ergo, ut humanas omittam (de quibus videtur Tiraque. l. de Nobil. c. 2.) sacris litteris affatim instrui-mur. Primum Genus nobilissimum ille Eleazarus 2. Mach. 6. 23. ingenite nobilitatis canitiem appellavit; id est, priscam avorum plurimorum

antiquitatem. Item gloriosissimam illam Regnam divini aulici, à genere planè commendarunt, vocantes illam filiam Principis, enalagicas, Principum, sive ea sit Hebraica Ecclesia nobilissimis orta Principibus, Abrahamo, Isaaco, Jacobo, cæterisque ducibus ac Patriarchis clarissimis: sive Evangelica Ecclesia tanti Regis Christi, Apostolorum, ac Martyrum sanguine creata, sive ejus Mater Deipara, orbis infimi, supremique Regina, cujus tot, talesque avi, atavi, proavi Principes recensentur Matt. 1. Secundam, nempe religionem ac pietatem ad nobilitatem spectare, usque ad eò verum est, ut quem supremo sacerdotio auxerat, ob ignobilium filiorum irreligiosam impietatem sic asetur Dominus 1. Reg. 2. 30. Loquens locutus sum, ut domus tua, & domus patris tui ministrarem in conspectu meo, usque in sempiternum: absit hoc à me: sed quicumque glorificaverit me, glorificabo eum; qui autem contemnit me, erunt ignobiles. Vide ibi nostrum Mendoza & c. 9. v. 6. ejusdè lib. Tertia Sapientia nobilitati adnectitur Deut. 1. 15. & Job. 30. 8. Filii stultorum, & ignobilium, & in terra penitus non parentes. Hebræicè, filii fatui, & absque nomine: quasi obscuritas, & ignobilitas ab insipientia proveniat. Denique huc spectat militaris gloria, quæ plerosque nobilitatibus ab insipientia proveniat. Denique huc spectat militaris gloria, quæ plerosque nobilitatibus ab insipientia proveniat. Denique huc spectat militaris gloria, quæ plerosque nobilitatibus ab insipientia proveniat.

A religione & pietate.

A Sapient.

A militari gloria.

De Israelitica Gen is originis nobilissima, vana sententia.

apud Euseb. 9. de Præpar. c. 3. Aristoteles apud Clearcum l. de somno. Eas opiniones cum vidisset Dion Cassius l. 37. Romanæ Historiæ, Judæi nominis originem ignorare se profiteretur. Hujus ignorationis, atque Hebræicæ originis inscitia reddunt rationes Josephus l. 1. contra Appionem, Budæus l. 4. de Aise, & partibus ejus, Medina lib. 7. de recta in Deum fide cap. 6. quos vide.

1261 Certam jam ergo ex ipsorum Hebræorum sacris Historiis originem promimus, à Moyse expressâ Gen. 11. & 12. & 13. ubi Abrahamæ majores, religionem, sapientiam, facinoramque primordia describit. Permittit autem ad Moysem tanti viri Historiam tam accuratè prodere, quoniam Hebræis scribentibus, qui totam nationis gloriam ad Abrahamum referre-bant. Matt. 1. 9. & c. 3. 9. & 1. Corint. 11. 22. Isai. 51. 2. Ecclesiastici 44. 20. & sapè aliàs. Et quidem meritò, utpote virum omni ex parte nobilissimum. Atque in primis, si genus Abrahamæ spectes, Semum ille magni illius instauratoris mundi Noechi primogenitum, ac post illum septem illos recensebat atavos, Arphaxad, Sale, Heber, Phæleg, Reu, Sarug, Nachor, & Thare patrem, Avitam Abrahamus gloriam provexit adhuc: nam teste D. Chrysoft. Hom. 15. in Genesim; Abraham sibi ipsi fuit honoris auctor. Et S. Epiphanius lib. 1. contra Hæretes cap. 1. Patrem honorum appellavit. Et jure quidem; nam summam gloriam honorumque maximum tantus Patriarcha posteris hereditariam reliquit; quos Dominus non innumeros modò instar areræ, sed clarissimos, sed illusterrimos, astrorum instar promisit, Duces, Reges, Prophetas, totamque illius viri prolem nobilissimam. Unde Siracides nosse fecit de eo scriptis c. 44. 20. Abraham magnus Pater multitudinis gentium; & non est inventus similis illi in gloria: qui conservavit legem Excelsi, & fuit in testamento cum illo. In carne ejus stare fecit testamentum; & in tentatione inventus est fidelis. Ideo jurejurando dedit illi gloriam in gente sua; crescere illum quasi terræ cumulum, & ut stellas exaltari semen ejus; & hereditare illos a mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos terræ?

Tota Hebræa nationis gloria ad Abrahamum referenda.

Unde Abrahami nobilitas.

S. Chrysoft. S. Epiphani.

Eccles. 44. 20.

Abrahami pietas, & religio.

Gen. 21. 33.

Tharg.

Cajetan.

1262 Si pietatem verò, ac religionem expolcas, quæ magna est nobilitatis pars, multis eam nominibus in Abrahamo commendatam invenies. Suidas verbo, Abraham, ait nondum puberem, annis scilicet natum quatuordecim Patri sese idololatræ strenuè opposuisse. Patria relicta, quanta fuerit viri in Deum pietas, testantur eximia illa virtutes, quæ tum in sacris Bibliis, tum à viris Ecclesiasticis, summis ubique laudibus celebrantur. Lege quæ de Abrahamo scribit Philo in l. Biblicarum Antiquitat. Expende quæ Targum observat ad illud Gen. 21. 23. Abraham plantavit nemus in Bersabee, & invocavit ibi nomen Dei æterni. Sic ille apud Lippomanum legit: Abraham hortum plenum optimis fructibus plantavit, & peregrinos suscepit hospitio, quibus gratis necessaria omnia suppeditabat, nihil aliud exigens pro pretio, nisi ut Deum verum omnium conditorem agnoscerent, cujus solius donum esset quicquid comedissent, & bibissent: seque veram religionem institutos, & ad vitam melioris instituta conversos dimittebat. Cajetanus ibi advertit, Abraham plantasse nemus tanquam templum, velut locum sacrum ad invocandum nomen Domini: ut esset oratorium tam sibi, quam

aliis colentibus verum Deum. Vir Bibicè peritissimus, & Hebræicæ linguæ, in suis manuscriptis vertit ex Hebræo: Plantavit plantationem ibi crucifixi Jehovah. Quasi voluit erit Deus, in eo nemore seu luco arborem sibi deligere, in eaque notissimum Crucis arboris monumentum relinquere; crucem in eo arbore manu fidelis servi sui Abrahami dicans, quem de passionis suæ & crucis mysteris docuerat, ob insignem tanti Patriarchæ pietatem.

Plantavit crucem fixi Jehovah.

1263 Tertium nobilitatis principium est sapientia: quæ tantopere Abrahamus excellit, ut ab omnibus sapientissimus sit habitus, humanarum, divinarumque scientiarum peritissimus. Primus Verbi divini Concionator vocatur à Josepho lib. 1. Antiquit. cap. 8. Et ejus nomen à Philone lib. de Abraham, Pater electus vocis, exponitur. Vide Genes. 18. 19. Scio quòd præcepturus sit filius suis, & domui suæ post se, ut custodiant viam Domini, & faciant judicium & justitiam. Summa utique illi fuit imbuendorum veri Dei cognitione hominum cura. Antequam migraret ex Haran, in eo loco multos ad Dei cultum traduxit, ut periti observant ad illud Genes. 12. 5. Tulitque Sarai uxorem suam, & animas, quas fecerant in Haran. Onchelus in paraphrasi Chaldaica interpretatur: quas subjecerant legi. Ubi Hebræi tradunt, Abrahamum viros, Saram verò mulieres in vero Dei cultu instituisse, atque ita eos in Domino procreasse, juxta illud Apostoli ad Galat. 4. 19. Filioli mei, quos verum parturio. Sic etiam cap. 14. 14. dicitur Abraham numerasse expeditos vernaculos suos trecentos decem, & octo. Pro, expeditos, est Hebræicè chanichim à verbo chanach, id est, initiare, imbuere vel primis etiam rudimentis. Unde aliqui transferunt: elegit initiatos suos; alii, tyrones suos, discipulos suos, quos docebat domi suæ: quos expeditos jure Vulgatus verit, id est, scholasticos (quod Græcum nomen latinè vacantes sonat) utpote qui immunes ac liberi ab aliis domus Abrahamæ ministeriis, domi semper erant studeis, literisque vacantes. Hos selegit de multis ejus discipulis, quia illos libentiori ac paratiori animo ad tam inopinatum bellum, se non solum ut præceptorem, sed ut dominum etiam ac sedulum pædagogum secuturos fore noverat. Adde, ex Josepho lib. 1. Antiq. c. 9. & Eusebio de Præpar. lib. 9. c. 4. & nonnullis aliis asserentibus, Abrahamum, cum esset apud Ægyptios, eos Arithmeticam, Astro-nomiamque docuisse, & eorum errores vanissimos esse probasse; propterea magno in pretio habitum.

Abrahami sapientia, & doctrina. Joseph.

Philo. Gen. 18. 18.

Genes. 12. 5.

Gen. 14. 14.

1264 Denique ultima nobilitatis pars à militari virtute petita nequaquam in Abrahamo desideranda est. Domesticorum ille exigua manum adversus potentissimum quatuor Regum exercitum, eumque victorem, in aciem instruxit, foratè in hostem exciavit, eoque vel fuso, vel profligato, nepotem, prædamque omnem incolumem reduxit. Porro cum focus trecentis decem & octo id præfuit dux strenuissimus, quod quinque Pentapoleos Reges nequaquam potuere. Gen. 14.

Militari virtute præditus Abraham.

Meritò igitur Abrahamum virum omni ex parte nobilissimum, totius familia Principem, universæ Gentis auctorem, meritò Hebræorum natio jactabat, à quo, & generis, & religionis, & sapientiæ, & militiæ perfectam gloriam clari nepotes hereditariam acceperunt;

Vir omni ex parte nobilissimus à quo nobiles, religiosi, sapientes, ac fortissimi viri.

runt; tot Patriarchae, tot Proprietate, tot Judices, tot Duces, tot Reges. Etenim nobilissimos, sapientissimos, religiosissimos, fortissimos apud hanc gentem floruisse viros, testes sunt literae inspiratae, ad quas lectori mittere consultius visum, quam ingentem antiquae Ecclesiae gloriam in angustias hujus orationis rede- gisse. Perlegat Josue victorias, duodecim Judicum gesta, Othonielis, Gedeonis, Samsonis miracula, Davidis triumphos, Machabaeorum facinora. Unus protecto nobilissimae Faeminae gloriam univerſae Barbarorum praeteret potentiae. Evolvat Prophetarum monumenta, Regum Historias, Salomonis antiquae Encyclopaediam, nullibi tam perfectam encyclopaediam, nullibi tantam scientiarum sive naturalium, sive moralium, sive Theologicarum notitiam usquam inveniet: nullibi Aethiaram, Memphis, tantam sapientissimorum viro- rum, tamque frequentem aut Academiam, aut Lyceum, aut Poecilem conspiciet. Adeat augurium illud Jerosolymorum templum in libris Regum, & Paralipomenon descriptum; lustret animo sanctissimum, ac magnificentissimum adytum. Mirabitur certe numerosis- simam Sacerdotum, Levitarum, Ministrorum frequentiam; suspiciet sacrum Aaronem albata filiorum, ac nepotum corona circum- datum; summa omnes religione, reverentia, pietate divino cultui accuratissime intentos: reliquum vero populum plurimam hostiam rem publicam lustrantes, Deumque unum uno in Templo frequenter, religioſeque venerantes. Verè quidem videtur mihi de Hebraeorum nobilitate, a religiosa pietate orta scripsisse Tertullianus in Apologetico cap. 21. *Judais erat apud Deum gratia, ubi & insignis justitia, & fides originalium auctorum, unde illis & generis magnitudo, & Regni sublimitas floruit, & tanta felicitas, ut Dei vocibus, quibus edo- cebantur, de promerendo Deo, & non offendendo praemonerentur.*

Tertull.

נר

Hebraea gens verè magna, opimares, magnates, sive clarissima, populus illustris.

In candelabro veteri designata speciosa.

Erat instar nucis arboris.

EXO. 25. 33.

Hastile in-

1265 Ecce Hebraeorum Gentem verè mag- nam à Deo dictam Genes. 12. 2. Hebraicè, gadol. 4. Reg. 10. 11. verè Vulgatus, opimares, ali Magnates: sicut etiam Nahum 3. 10. Ecce Abrahami semen, sidera clarissima, hamo, tamquam à sole, nobilitatis claritudi- nem accipientia Genes. 15. & Ecclesiast. 44. 23. Ecce populum honorificatum: Ecclesiast. 24. 16. Vatablus, populum illustrem. Ecce auream illam arborem, cujus truncus humani femoris speciem referebat; Arborem, inquam, auream generis Abramici, ex cujus trunco, ex cujus femore, rami sese in auream viridi- tatem erigentes, tot fructus tulere, quot fi- lios; tot filios, quot lices splendidissimas. Candelabrum intelligo Mosaicum, & Salomo- nicum, quod erat instar arboris pretiosae ex auro fabricatae; nempe instar pulcherrimae nucis, floribus, fructibusque conspicuae. Exod. 25. 33. Facies & candelabrum ductile de auro, & sphaerulas, ac labia ex ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex uno latere, & tres ex altero. Tres scyphi quasi in Nucis modum per calamos singulos, sphaerulae simul, & lilium: & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, &c. In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum. Arias Montanus libro de arcæ fabrica putat, hastile, pedem, seu truncum

hujus arboris fuisse humani instar femoris: nam pro hastile, est Hebraicè jerech, sive ja- rech, quod significat hastile, & femur, ut claret ex Genes. 24. 2. *Pone manum tuam super femur tuum.* Et cap. 32. 25. *Tenit ner- vum femoris ejus.* Nucem verò nuptialem ef- se arborem, multi observant ad illud Cant. 6. 10. *Descendi in hortum nucum.* Unde Ma- ro Eclog. 8. *Tibi ducitur uxor, sparge mari- te nuce.* Et Plinius libro 15. cap. 22. nuptiis nuce religioſas fuisse prodiit, causam addit; quia quo. modis factus munitur, totidem eae proteguntur operimentis, pulvina primum calycis, mox lignei putaminis. Adde ex Ge- nebrardo ad caicem Chronog. ex Hebraicis tabulis, sic sponſum apud Hebraeos pro spon- sae fide conjugali deprecatur: *Benedictus es, Domine Deus noster, rex seculi, qui statisti nucem in paradiso Eden, &c.* Vide Valeria- num libro 51. Hieroglyph.

77

Nux, nup- tialis arbor. Cant. 6. 10.

1266 Jam ergo, quis non videat, Nucem illam arborem, nuptialem quidem, floribus fructibusque conspicuam, septemque lumini- bus, humani alticujus generis veluti stemma fuisse; praesertim cum pede ipso, seu trun- co, hominis femur repraesentaret, in quo ge- nerationis principium? Equidem auream hanc arborem praclarissimam Abrahamae prolem in- terpreto, illustrissimos Christi ac Deiparae Progenitores; extremum truncum, prima- riamve radicem, instar femoris, ipsum Abra- hamum dixerim praestantem, religiosissimum- que Hebraeorum parentem & auctorem; à quo innumeri nepotes, proles numerosissima, cla- rissimaque septem lucernarum myſtico nume- ro significata; & ipsum Dei Verbum corpo- ratum suprema, eximiaeque candelabri lucer- na, & fructus terrae sublimissimos ex Matre Virgine genitus. Quò revoces illud Isaie vaticinium cap. 11. 1. *Egredietur Virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet.* Virga haec, Maria Deipara est, ut supra ex Patribus statuimus. Verum, cujusnam arboris virga? Nucis protecto, juxta multorum Patrum mentem, qui etiam docent eandem esse Isaie virgam, & Aaronis, quae nucem fuit, sive amygdalina; utramvis enim arbo- rem Hebraea vox significat. S. Augustinus S. August. Tom. 10. Serm. 3. de Tempore: *Virga illa Aaron Virgo Maria fuit, qua nobis Christum verum sacerdotem ostendit, & peperit. De quo Isaia: Egredietur virga de radice Jesse. Quod haec virga nuce produxit, imago dominici cor- poris fuit. In corio nucis carnem significat Sal- vatoris, quae habet in se asperitatem, & ama- ritudinem passionis; in nucleo interiori declarat dulcedinem Deitatis.* Consonat Rupert. in Nu. lib. suo 2. cap. 4. *Quid virga illa, quam hic (Num. 17.) neque plantata, neque rigata, ger- minat, floret, & fructum facit, & in Prophe- ta jam dicto (Isaia cap. 11.) de radice Jesse egredietur, floremque producit; nisi Virgo regia Davidica stirpis? In illa virga speciosa novi- tatis vetus Eva genus revivuit: in illa nucem, quasi vel fracta per lignu crucis, anima nostra nucleu vite invenit.* Similia habent S. Bernard. Hom. 2. super Misus est; Sergius Agiopolita in cantico Nativitatis Beatae Mariae; & alii ex Patribus. Nuci ergo arbori assimilatur Christi ac Deiparae progenitores; & Nucis trunco seu radici ipse Jesse, à quo domus Davidis: pri- maria verò totius Hebraicae nobilitatis, & pietatis radix, Abrahamus exiit. Ut videas,

Isai. 11. 1.

Virga nucis arboris Ma- ria, nux Christi.

Rupert.

quo.

Christus ex nobilissimis progenitori- bus.

S. Paul.

S. Hieron.

quo jure Abrahamitarum genus dixerimus au- ream esse arborem, nucem, nuptialem, au- reumque candelabrum, tot clarissimis lumini- bus conspicuum, quot praestantibus, sanctissi- mis, sapientissimis, fortissimisque Christi, ac Christiparae progenitoribus.

1267 Ecce tibi qua ratione humana Christi nativitas altas praemisit in electis Abrahami- ticae gentis radices. Ecce quomodo sublimio- ri humanae nobilitatis stemmate, & praestanti- bus majorum suorum titulis honestetur, insti- gnatur. Ut enim S. Paulus in Epist. 10. *Digni- tum erat, ut Unigenitus Dei, & primogeni- tus totius creaturae atque universi corporis cap- tui, etiam in generis corporei dignitate primatum teneret: ut unus in celo Dei Filius ante saecula ineffabili natus exordio, etiam in terris illu- strum titulum sibi apices vindicaret, Regum pariter, ac Sacerdotum clara progenies.* Et S. Hieronymus in cap. 10. Ecclesiastes. *Christus filius ingentiorum, de Abraham, Isaac, & Ja- cob, Prophetarum quoque & sanctorum stirpe descendens, quibus peccatum non fuit domina- tum, & ob id verè fuerunt liberi: ex quibus nata est Virgo liberior sancta Maria.*

TEXTUS ILLUSTRATIO

De Virgine Matre.

SECTIO III.

Idè Abrahamitica Gens in Dei populum pra- cipuum, acceptabilem, & opulentum fuit de- lecta, quia Deiparae populus, unde ipsa enascitur.

Galati.

1268 Galatini haec praenotatio est lib. 7. c. 11. ubi ita sapientissime: *Tam ingens, tamque immensus fuit ab aeterno, Dei in Matrem Messiae amor, ut propter eam Israeli- ticum populum sibi peculiarem fecerit, eo quod ex ipso proditura esset. Quod opportunè probat ex Rabbi Haecados magne apud He- braeos auctoritatis, in libro qui Revelator se- cretorum dicitur. Videns Deus (ait ille) ex Israël excidendam esse petram sine manibus, qua est petra primaria, ex qua Messias futu- rus est, qui extendit misericordias suas super universum orbem, propterea vocari voluit Israël Patrem universi orbis, & populum suum peculiarem. Alludit ad locum Zachariae c. 4. 7. De quo plura à n. 247. Rem totam paulò accuratius perferentur.*

1269 Genes. 17. eligitur Abrahamus in pri- marium magne posteritatis auctorem; eligitur in ipso, Hebraeorum populus in peculiarem Dei, sequestratamque familiam à reliquis nationibus caecitate laborantibus distinguen- dam. Distinctionis hujus signum voluit Numen ut esset ipsa Abrahamae & posteris ejus in- juncta circumcisio, quae esset etiam veluti divini Imperatoris stemma, sive character, aut stigmata. Ut enim praclare S. Hieron. lib. 1. Commentarior. in epist. ad Galatas c. 3. *Quia ex semine ejus erat Christus oriundus (in quo universarum gentium fuerat benedi- ctio repromissa, & ab Abraham usque ad Chri- stum multa erant tempora transitura) provi- dens Deus, ne soboles dilecti Abrahamae careris nationibus misceretur, & paulatim familia ejus fieret incerta, gregem Israeliticum quo- dam circumcisiois caeterio denotavit. Ex- P. Ildelph. de Flores in Eccles.*

Gens He- braea cir- cumcisioe à Deo distin- cta, selecta separata sibi adjuncta. S. Hieron.

pende modò quid arcanum in hac electione contigerit, in eoque segregati populi signo. Transmutatur nomen Abram in Abraham. Genes. 17. 5. *Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham: quia Pa- trem multarum gentium constitui te.* Reor pla- nè in hac nominis amplificatione exhibitum Abrahamae idoneum, congruumque pronptis suae Deiparae monumentum. Ut enim in su- perioribus statumus à n. 403. *Abraham per- inde est, evolutus etymologus, atque Pater excelsa, vel sublimis, aut eximia, sive sele- ctæ, aut separate magna Matris.* Unde mihi extat (& nulli non, cordato viro) nomen Abraham sanè propheticum, excelsam illam praedicens, sublimem, eximiam, selectam, at- que ab universa faeminarum turba singulari di- stinctione separatam magni Filii magnam Ma- trem, atque ejusdem Abrahami grandem fi- liam; ob quam ipse, ejusque posterii signan- tur Dei caractere, segreganturque inter reliquas mundi nationes in peculiarem Dei po- pulum singulariter dilectum. Quò referas S. Ambrosium lib. 1. de Abraham c. 4. idem no- men reddem. em. *Patrem electum.* Propterea igitur Abraham, Pater extitit multarum gentium (quae est vulgati interpretatio, quia Pater extitit eximiae, selectae, sublimisque Deiparae Mariae.

Gen. 17. 5.

Mutatur Abrahami nomen in circumcisioe, non sine intuitu ad Mariam.

Hebraea gens propa- gata, & conservata propter Deiparam.

S. Bernard.

Cant. 3. 7.

Rupertus.

1270 Hinc fit, ut quemadmodum Abraha- mitica gens in Dei populum peculiarem prop- ter Virginem ex illo oriundam electus fuit, sic etiam propagatus, & conservatus per tot an- norum millia, quoad usque Deipara una cum prole sua progigneretur: nisi enim inflaret hu- jus destinati, & praecipui finis profectio, de- solata jam fuisset gens Hebraea. Divinitate ob- innumera eorum scelera excaecante. Sic S. Bernardus in Ser. 61. cujus verba dedimus supra n. 851. *Illa hic preme: Omnes libera- tiones, & indulgentias factas in veteri testa- mento non ambigo Deum fecisse solum propter hujus benedictae puella reverentiam, & amo- rem. Hinc spectant illa Canticorum verba c. 3. 7. *En lectulum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël; omnes tenentes gla- dios, & ad bella doctissimi: uniuscujusque en- sis super femur suum propter timores nocturnos.* Placet hic summopere Rupertus interpretatio lib. 3. in Cantica, ubi rem totam sic elucidat: *Radicem, sive arborem bonam, quod erat ge- nus Abrahae, ad quem primo beata seminis re- promissio facta fuerat, diabolus per barbaricos gentium, vel regum impiorum gladios excide- re, atque extirpare volebat, unde facta e. Histo- ria plena sunt. Idcirco tempus belli tunc erat, id- circo materialibus gladiis tunc tempus erat, ut defensaretur genus Abrahae, ut defensaretur ra- dix Jesse; defensaretur, inquam, atque pro- tegeretur genus & radix David, donec in B. Virgo nasceretur lectulus veri Salomonis. O igitur verum & bonum consilium, quod lectulum Salomonis sexaginta fortes ex fortissimis Israël ambiunt! Enumerat deinde sexaginta illos fortes ex populo Hebraeorum, Patriarchas, Prophetas, Duces, Reges, qui contra vim tyrannorum gladium fortiter strinxerunt, & contra lucifugas demones utentes operâ Re- gum Aegyptiorum, Israeliticorum apostata- rum, Assyriorum, Medorum, & Macedo- num ad Israelitici populi desolationem, ne Virgo Mater nasceretur.**

1271 Sed unde, quæso, Abrahamiticae genti bellica He- bellica virtus tanta, tantaque strenuitas adversus tygios